

Fragmentum hujus epistolae extat in Schupp̄ii opp. T. I, p. 359. Autorem ejus esse Danielem Crufium, S. I. putat Piaſecius in Chronico geſtorum ſingularium in Europa, ad A. 1638. p. 501. Alii tamen Philippum Lackium, Ex-Secretarium Gedanenſem, autorem faciunt. Oppoſuit huic Aurimontani epistolae epistolam reſponſoriam Joan. Erneſt. Schroererus, quae vanitatem ipſius ob oculos ponit, excuſam Alithopoli A. 1638, 4. A cujus latere etiam ſtetit Chriſtophorus Riccius, Syndicus Gedanenſis, qui ſub nomine Conſtantis Sinceri edidit Spongiam in Elifei Aurimontani epistolam, contra Dantiſcanos nuper editam A. 1638, 4. Nec tacere voluit Juſtus Patricius, feu, ut vero eum appellem nomine, Michael Borckius, Secretarius Gedanenſis, qui edidit Brevem Reſponſionem ad Elifei Aurimontani in Dantiſcanos epistolam A. 1638, 4. Ὑπεραπὶς Elifeus noſter habuit Joan. Anton. Carniolum, qui vulgavit Elifeum Aurimontanum deſenſum A. 1639, 4. Legatur omnino M. Sam. Joach. Hopp̄ii Schediaſma de Scriptoribus h̄iſtoriae Polonicae p. 113, quod erudit̄is, B. Grodeckii, & h̄iſtoriae patriae diligentis Investigatoris, Dn. Valentini Schlieffii, Patricii Gedanenſis, Patroni mei Generoſiſſimi, ſupplementis auctum, praefixum eſt Joan. Dlugoffi ſeu Longini h̄iſtoriae Polonicae, editae Lipſ. 1711, F.

III.

## ERNESTVS BARTHOLDI.

Hujus extat oratio, de Laudibus Boruſſiae, quae prodiit Dantiſci A. 1653, 4. Quoniam vero Gedanum, quantum memini, plures, ejusdem nominis, quondam fovit viros

ROS